ciantur cuz aqua fumiterre ⁊ dimittantur donec exsiccentur ⁊ bibatur vice altera ⁊ dimittant donec exsiccentur ⁊ fiat illud tribul vicibus: ⁊ in omni vice sit sicut sozbitio: deinde dimittatur donec inspissetur ⁊ compactum fiat: ⁊ fiat inde pillule. ¶ Medicamen bonum fozte ad antiquā scabiem: ℞. myroba. citri. ⁊ myro. ni. ⁊ emblicozuz ⁊ abzungi ⁊ kebulozuz ex cozticato: uz omnuz añ. ʒ. i. ⁊ turbit. ʒ. ij. conficiant cuz penidijs: ⁊ fiant ide trocisci. Et sit dosis ad solutionez integraz ex. ʒ. x. vsqꝫ ad. ʒ. xv. ⁊ vsqꝫ ad. xx. cuz aqua calida. ⁊ fortasse ponitur in ea scamonea cum potatur. ¶ Et fortasse liberat ex scabie mala antiqua si assiduetur potus aloes: sed frequēterur tribꝰ diebus omni die sumendo aur. i. deinde tertiek post diem ⁊ diem non tribus diebus currentibus fm dimissionē tertij: aut dimittatur diebus tribus ⁊ iteretur frequentia: deinde tertietur post diez ⁊ noctem aut quiescat p̄zout videk scōm q̄ p̄sens fuerit ⁊ curetur rasura si superuenerit cuz clisteribus. illud enī est inuatiuū eradicans scabiez. Et bonuz quidez est vt bibat ipsuz infusuz in aqua endiuie ⁊ cuz ea sit parum aque feniculi si non fuerit ab aqua feniculi aliquid p̄zohibens. ¶ Et quantitas que est i ipsa de aloe sit ex. ʒ. i. vsqꝫ ad aur. ⁊ quando tolleratmedicatoꝛez dimittak: ⁊ infusiones de p̄zunis sunt inuatiue utez. Aut sumak rob myrobal. citrinozuz factuz ex exsiccatione aque in qua ipi decocti sint exsiccando in sole: ⁊ sumak ex eo humiduz q̄ sit ex. v. vsqꝫ ad. x. cuz zuccaro: ⁊ est ad cholericaz ⁊ humidaz. Et possibile est vt fiat simile illius ex omnibꝰ solutiuis bonis: ⁊ misceāt adinuicez. Et quādoqꝫ ponunk adinuicez ⁊ fuit ex eis robub ⁊ pillule: ⁊ aqua calida calci ⁊ epithyma bona sunt quādo admistrāt omni die scōm q̄ dictum est nuper in alio ca. ab isto. ⁊ cū myroba. ⁊ succo fumiterre diebus cōtinuis est vltima. Et de eis que currunt cursu mundificātiuz cū facilitate est vt fiat pillule de aloe cū scamonea ⁊ croco: ⁊ sumāt de eis in omni dosi. v. cicera. Et descriptio myroba. citrinoꝛ aloes scotrensis amboꝛ añ. ʒ. i. dragagāti rosaꝛ amboꝛ añ. ʒ. i. croci. ʒ. iij. Et itez sumak ex medicamine in quo ponitur abrungi ⁊ nos iaz dixim ipsum omni die aut duobus diebus a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. ʒ. iij. ¶ Dixerunt quidam: Q̄ū multiplicank eiōnes ⁊ non iuenitur vtilitas: tunc melius est vt allenetur ⁊ sufficiat dare in potu habenti passionez omni die māne ⁊ sero sauich de tritico cuz zuccaro ⁊ aqua plurima. Dixerunt: de eis que conferunt habenti scabiē siccaz ⁊ pruritus ostrachinum est vt bibat tribus diebus omni die de sisamino pondus ʒ. c. ⁊. xxx. cum medietate sui de sirupo acetoso ⁊ similibꝰ. ¶ Et ꝺ hominibus sunt qui miscent cū eo aquā uiiubarum. ⁊ nos iā experti sumus hoc ⁊ fuit curatio vltima: verūtamē debilitat stomachū. Et de cōpositis ꝑpoꝛtionalibus istis medicinis est scoria argēti ⁊ lithargyriū ⁊ cambil ⁊ vene: conficiantur cū aceto ⁊ oleo ro. ⁊ liniak ⁊ hoc est ad fortē vltimū. Iterū ⁊ leuꝰ illo est bolisarmeni canfoꝛe croci oium. añ. ʒ. ʃ. cū aceto, ⁊ aqua, squille ⁊ oleū ro. sūt cōia ad exsiccationē ⁊ ad illā que est fozti oꝛ parū semen feniculi terak cū aceto ⁊ oleo ro. ⁊ administretur in balneo. Et iterū aqua granatoꝛ ⁊ bauracb ⁊ melioꝛ aqua granatoꝛ est illa in qua est virtus pulpe coꝛ ⁊ similik farina lētiū ⁊ magra ⁊ acetum misceak ⁊ ponak in sole donec igniatur deinde liniak. Confectōes vō quibꝰ opoꝛtet eū vti sunt sicut cōfectōnes quas oꝛ potare habētes ipetiginē ⁊ alsahafati ⁊ moꝛphe am. ſ. que de eis sunt leues ex trifera minoꝛe cū kesmes. ⁊ iterū sicut hec cōfectio. ℞. amili ⁊ fumi terre amboꝛ añ. ʒ. ij. ⁊ mirobal. citrinoꝛ pondus. ʒ. iij. ⁊ alkesmes abluta rū duplū totius. ¶ Medicine aūt locales ad scabiem sunt omnes in quibus est absterſio: ⁊ q̄ꝫ sufficit illud cuius absterſio ē cū ꝓfortatiōe cutis ⁊ rectificatione cōplexionis eius sicut aqua maluarū ⁊ aceto sc ⁊ sicle ⁊ granatoꝛ ⁊ sicut furfur simule ⁊ farina lentiū excoꝛticatarū. ⁊ iterū acatia cū aceto ⁊ dragātū assatū ⁊ ꝓpoꝛtie citrinū cū aceto ⁊ oleo roſ. ⁊ similit calcantū ⁊ que sunt de genere ipsius: ⁊ olcander est fozt̄is valde. Et fortasse sufficit acetū eius in quo ponitur: deinde coquitur cū sisamino: ⁊ misceak cū acutis sicut oleū ro. ut p̄zohibeat supfluitatē ⁊ sicut coꝛtices granatoꝛ ⁊ ꝑsimiliū illius. ⁊ ex eis que experta sunt est semen eruce cuius oleū sumak ⁊ fricek cū eo scabies ⁊ inungak cū eo in sole calido aut foculari: ⁊ iterek quoniā ē bonū ⁊ vltimū. ¶ Medicamē bonū ℞. lithargyrij ⁊ dragāti ⁊ encaustri equales ptes q̄ terantur cū aceto vini ⁊ ponantur in vrceolo testeo vitreato ⁊ sepeliak in loco humido mense vno ⁊ administretur post illud epithymādo: est enī inuatiū in vltimo cū pauca medicatione. ⁊ condisi ⁊ argenti viui extincti ⁊ scoria argenti ⁊ aristol. ⁊ sulfur ⁊ cambil ⁊ alkali ⁊ es adustū ⁊ almulgath ⁊ sal āmoniacus ⁊ lentes ⁊ myrrha ⁊ semen ⁊ ammoniacum ⁊ flos eris ⁊ vsnen fullonū ⁊ stercus canis ⁊ stercora p̄dicta in capitulis alijs ⁊ cucumer asi. ⁊ iterum coꝛtices ligni vitis adusti ⁊ puluerizentur super locū scabiei inunctū cū butyro crudo: ⁊ tigetur stricte post illud ⁊ nō moueatur vsquequo destruak. ⁊ quādoqꝫ cōfert coꝛdumeni cū aceto ⁊ glutē alibat cum eo. ¶ Et de cōpositis nostris bonis est vt fiat ex argento viuo extincto ⁊ ex folijs olcandri ⁊ ex climia argenti ⁊ lithargyrio epithyma cuz aceto ⁊ oleo rosa. super quod dormiat in nocte ⁊ abluat coꝛpus i mane in balneo cum aceto ⁊ vsnen viridi cuz aqua calida in p̄zimis: deinde ꝑperet ⁊ inungak cuz oleo. ¶ Medicamē facile: sumantur lithargyrij ⁊ draganti citrini partes equales: terank cuz aceto hebdomada vna in sole ⁊ liniak cū eo cū necesse fuerit. ⁊ iterū argentum viuū extinctum ⁊ storax liquida ⁊ oleum rosa. aggregentur ⁊ administrentur. ⁊ iterum argēti viui extincti ⁊ florum viola. ⁊ costi partes equales Et iterū condisi pars. i, ⁊ magre partes, iij. ⁊ liniak

cū aceto. Et cū administras fortia exsiccatiua resoluentia ⁊ sicca exsiccantia tūc ꝓsequere eam cum oleis cognitis sicut est oleū de ciperis ⁊ salicibus et nenufaris ⁊ viol. ⁊ similia illis ⁊ ppzie in sicca ⁊ in illa que est pauce humiditatis. ⁊ administra in humida ea que sunt vehemētiozis exsiccatōnis: ⁊ in sicca que sunt minozis exsiccationis. Et elonga illud in quo ponitur argentuz viuū extinctuz quantū poteris a partibus stomachi ⁊ mēbroz nobiliū. Cura autē pzuritus sicci post euacuationē si indiget ea cū illis que scis est ut des in potu lac vaccinū acetosuz ⁊ sicut balneatio cū aqua tepida ⁊ administratio unctionū oleaginarū ex oleis frigidis ⁊ ppzie quando ponitur in eis succus apij. ⁊ curatio scabiei sicce ⁊ pzuritus sicci est vicina. ⁊ de medicinis leuibus in hoc est papauer tritus cū aceto: ⁊ iteruz folia lilij: ⁊ iterū aloes cū aqua endiuie. ⁊ sene iterū est ex eis q̄ ponūtur in medicinis eius ⁊ aqua apij ⁊ acetum et aqua ro. sunt bona. ⁊ de medicinis fortib⁹ é ceratū in quo ponitur opium cuz quo iungatur corpus et quiescet pzuritus. ⁊ ex medicinis fortibus est vt cōponatur ex medicinis pzmis composituz ⁊ ponat in eo sal ām oniacus ⁊ liniatur cū aceto ⁊ ppzie super testiculos. ⁊ iterū alumē frixū ⁊ alkitrā: ⁊ hoc iterū confert pzuritubus intrinsecis in vulua. ⁊ ano quod ponatur super pannū. Et senes quidē iuuantur in curatione pzuritus qui accidit eis si liniantur ex fece vini cum aliquanto aneto humido. Balnea vero pzurit⁹ ⁊ scabiei sunt sicut aqua maris calefacta aut cū dispositione sua: aut decoctio cucu. asmini. Libus aūt habētū scabiem ⁊ pzuritum sit ex eis q̄ humectant ⁊ generant sanguiné laudabilē ex cibis declinibus ad frigiditatē ⁊ humiditatem ⁊ equalibus Et habentibus pzuritum ostrachinum necessariū est administrare olea lenia in eis que assumūt sicut oleū amigdalinum ⁊ sisaminū ⁊ similia illis. Et scias q̄ ventose in vtriq̄ cruribus cōferūt scabiei fede.

De sudatione. Capi. viij.

Quando q̄ fiunt bothoz in corpore aut mēbro plurimi sudoris valde pauce ablutionis aut parue fricationis apud ablutionē ⁊ ppzie in regionibus calidis spumose: quasi ipe sint ex materijs que sunt pigre ꝓpter suā grauitatē in consequendo sudorē velocis ꝓsumptionis ꝓpt subtilitatē sue materiei quare retinētur in superficie cutis ⁊ sunt quasi sint sudoris feces inobedientes ad resudandū. ⁊ quādoq̄ nō fiunt bothoz apparentes: imo accidit ⁊ hz asperitas.

De cura. Ca. ix.

Incidūt materiā eius si multiplicat in corpore phlebotomia ⁊ solutio vētris. ⁊ similiter oz vt ꝓperet assuetus ea oi hora i euacuando hūores acutos. ⁊ ex eis que ꝓhibent eaz et auferūt ipam sunt balneatio ⁊ mūdificatio: deinde administret aqua frigida balneādo in ea ⁊ cōfert eis fricatio in balneo ex carne melonis cū farina lentiū post sudorē: deinde aliquantulū abzē post ipsaz. ⁊ caro melonis cū lentib⁹ ⁊ farina fabarū, Sādali vo, ꝓhibēt eā a pzuritu qui accidit cū ea. Cū ergo sunt cuz fortia nō faciūt illud. ⁊ alcāna item si nō abhorretur eius tinctura confert ei: ⁊ assumere illud cui assimilatur aqua granatoz ⁊ acetosa ⁊ lētes ⁊ pruna ⁊ tamaridi. Et administratio oīs qđ ꝓhibet sudorē ex eis que sunt sicut decoctio myrti ⁊ rosarū ⁊ aqua coriādri dicit ⁊ ꝓfert ei aqua calefacta in sole. Et ꝓhibēt eā oēs aque cum decoquūt in eis stiptica ⁊ dimissio motus ⁊ alienatio a locis calidis fudare faciēt⁹: ⁊ petere loca ventosa ⁊ flabellatio cū flabellis plumis simul ⁊ ablutio cū aqua frigida. ⁊ iterū inunctiones ex eis que sūt sicut oleū myrtinū ⁊ oleū ro. ⁊ butyro crudo inest ꝓprietas maxia in ipsa ꝓpzie cū dragāts ⁊ gūmi. ⁊ iterū inunctiōes in quibus est virtus litargyrij. ⁊ scorie ⁊ rutie inest ꝓprietas. ⁊ cinis foliorū myrti ⁊ āmoniacū ⁊ folia lauri recentia ⁊ ruta et minutū tus. Et q̄ñq̄ cōfert defudationi epithyma glutini piscū dissoluti in aqua. ⁊ q̄ñq̄ indiget fortis staphisagria ⁊ ture ⁊ sulfure. Illa vero que de ea iā vlcerata est curetur cū eis que sūt sicut vene ⁊ galle ⁊ bolūar. ⁊ ceruſa cū cera ⁊ emplastrū de ceruſa ē bonū ad illud. ⁊ fortasse peruenēt vlcera ista ad finē maximū corruptionis: quare erit cura eoz cura adustionis ignis: nā illa que de ea cōfirmata est curatur curatione alsahafati.

De planta noctis Ca. x.

Aqui passus est defudationez cutis ⁊ opilationē pozoz ⁊ bonitatez digestiōis: q̄ñq̄ accidūt in frigore noctis pzuritus ⁊ asperitas ⁊ bothoz parue que noiantur planta noctis. Et cā est retentio eius qđ oz vt resoluat ꝓpter cōstrictionē pozoz in radice quā adiuuat ⁊ i qua addit soliditas frigoris ⁊ ppzie in hora in qua multiplicatur digestio ⁊ sequit multitudinē eius multitudo vaporis ⁊ aer noctis. ⁊ ꝓpter illō noiatur planta noctis q̄ plim accidentiū eius est in nocte. ⁊ de dispositiōibus huius passionis est q̄ pzuritus i ea fit vehemēs ⁊ delectat prius: deiñ pducit ad dolores vehementes quos efficit in locis pzuritus.

De cura. Ca. xi.

Oportet ut sit regimē i dilatādo pozos cū balneis ⁊ inunctiōib⁹ notis ad illud: ⁊ in mundificādo venas a mā plima ⁊ illō cū phlomia ⁊ euacuatōe fz q̄ dictū ē in ca. pzuritus si fuerit illius necessitas ⁊ si fuerit sufficientia i medicis localib⁹. Medicie vo locales sūt aloes ⁊ myrrha ē de melioīb⁹ medicis ⁊, ꝓpe cū aq̄ mell. ⁊ sūt aloes cū farina lentiū cū pauco aceto ⁊ melle ⁊ aq̄ apij de currētib⁹ est ei ꝓportionalis. ⁊ de medicinis cōferētibus ei sunt fex aceti sola ⁊ baurac ⁊ alcāna ⁊ croc⁹

De verrucis ⁊ que ex eis sūt vt claui ⁊ recurnis q̄ de eis sunt comua ⁊ q̄ currūt cursu caruz. Ca. xij.

Fluſa efficiēs eas ꝓma ē expulsio nature. ⁊ mālis est humoz grossꝰ melic⁹. ⁊ q̄ñq̄ puertit melīa a phlate sicco valde qui multiplicat in sanguie. ⁊ q̄ñq̄ accit ipi sanguini ꝓptereā q̄ ipse coartat ⁊ multiplicat. ⁊ pp pzualoēz cāp putrefactōis vt puertat ad siccitatē ⁊ frig⁹ ⁊ ꝓpe i vētriculis in q̄rū silib⁹ nō putrefit sanguis pp suā pura

tem ꝛ ppingtãt ad cãs extrinsecas q̃ sũt ad hoc ut
exsiccẽt velociores q̃ ad hoc ut ipse putrefaciãt pci
pue cũ sanguis nõ valde ẽ calidus in substantia sua
Et q̃q̃ oritur ex eis vena magna: ꝛ fit causa ad cõ
uertẽdam cõplexionẽ eius qõ puenit membro vici
no de nutrimento ad cõplexionem materie sue q̃
re desiccatur illud ꝛ infrigidat: ꝛ multiplicant eru
ce. Cũ ergo cadit aut destruit per quodlibet regimẽ
cadunt alie ꝛ nominãtur magne habẽtes capita sic
capita clauorum habẽtes subtiles radices claui et
longe recurue coꝛnua. Et de verrucis est genus qõ
noiatur tuſius: ꝛ noiatur in eis: licz sit necessariũ ut
discernatur ab eis: ꝛ findũtur quando scinduntur
a sanie que est sub eis.

¶ De cura La. xiij.

Oportet ad minorãdũ sanguinẽ
ꝛ ad euacuandũ melãcoliam ẽ res que est
necessaria. Et qñ multiplicat egritudo ue
rek phlomia: ꝛ siliter regimẽ gnãs bonũ chymum
ꝛ alia de illis quoꝛ pterijt rememoratio multotiẽs.
¶ Cura aũt localis est cũ medicinis que hñt amari
tudinem ꝛ stipticitatem ad leues ex eis sicut ẽ inun
ctio verrucarũ cũ oleo fisticino assidue: aut cum de
coctione olee rũ colata dimissa post tres dies: ꝛ aq̃
pozri alnabati cum sumac ꝛ oleo de been: ꝛ iterum
cũ folijs capparis ꝛ nuce cupressi: ꝛ oliue imature
ꝛ fructus tamarisci ẽ bonũ iterum. ꝛ folia myrti hu
mide sunt bona ad fortes ꝛ cortices nucis humide
cum ficubus siccis ꝛ xylocaracte cũ pauco nocumẽ
to suo conuenientes sũt illis que de eis sũt magne et
ad fortes. Et cortices radicum algarab ꝛ cinis eius
cum aceto vini. Et de eis que sũt bona ꝛ vltima ẽ ut
sumãtur alpharmel ꝛ alcãna: cribellẽtur ꝛ liniant cũ
aqua frigida. Verũ quod ex eis fortẽ est: est ad fo
tes sicut epithymata facta ex calce ꝛ arsenico ꝛ alca
li: ꝛ ppie cum argento viuo extincto: pcipue cuz ci
nere quercus ꝛ oleo. Et sal cum aqua cepe ꝛ bolus
ꝛ stercus capr̃ũ: ꝛ iterum cantarides cuz arsenico
ꝛ iterũ fex mellis anacardi est fortis in pulueriza
ne sua. ꝛ lac titimali q̃ iteratur sup eas aliquotiens
deijcit eas. ꝛ lachryma vitis ꝛ alkekengi iterũ ma
gnifice deijcit eas. ꝛ nigelle confecte cum vna si em
plastretur cum eis suat mirabiles: ꝛ fel hirci iterum
ꝛ assa ꝛ emplastruz acutũ ꝛ disrupens aldubellet ꝛ
est emplastrũ de anacardis. Cõpositũ equale: Cor
ticũ nucis humidoꝝ ꝛ dragãti ꝛ calcis viue omniũ
pars. i. terãtur ꝛ cribellẽtur ꝛ ponantur desup. Aut
sumãtur flores eris ꝛ chartarũ amboꝝ ana. ʒ. v. et
pulpe colloquintide. ʒ. vi. baurac. ʒ. vi. salis ammoni
aci. ʒ. iiij. cali ꝛ arsenici citrini amboꝝ ana. ʒ. vi. fellis
vaccini. ʒ. vi. vinen persici. ʒ. viij. terãtur ꝛ cribellent
ꝛ liniant desuꝫ cũ aqua saponis. ¶ Et de curationi
bus verrucarũ est earũ eradicatio. ꝛ illud qdẽ q̃q̃
fit cũ cãnulis de penna aut de canna aut de ferro q̃
rũ cõcauitas fit cũ quantitate in qua deglutiant ver
ruce deglutitiõe in q̃ fit difficultas q̃dã: ꝛ inuoluat
sup ea ꝛ pfidet parũ apud radicẽ ei⁹: q̃re eradicat
cã, aut tende eas cũ vncinis donec extẽdant coꝛra
dices: deinde assumant cuz instro acuto submerso
ad radices earũ: ꝛ ponat sup eas butyrũ coctũ post
eradicationẽ. Et iterum quotiẽs tangũt eas medica
men acutum ꝛ infestat auferat medicamen acutũ ꝛ
ponatur desuper butyrũ coctũ ꝛ dimittatur parum
per: deinde iteret vsquequo compleatur earũ casus
ꝛ incidũtur: ita ut quod ẽ in circuitu earũ secetur cũ
ferro subtili aperiendo in circuitu: deinde vadit su
per eas med'camẽ acutũ. Et nos iã expti sumus cũ
nouacula pfidius quãũ possibile est cũ cautela su
perficiei cutis: deinde fricãdo locũ cuz sapone ꝛ ci
peris ꝛ roſ donec cucurrit qõ fluxit de sãguine ꝛ re
tentus est: ꝛ deijcit post illud, illud qõ remãsit si ac
cipiat lignũ ꝛ incẽdatur in igne donec inflãmetur ꝛ
approximet verrucis donec exoriãtur verruce: ꝛ in
ungant cũ manu vna vice post aliã donec deleant.

¶ De comibus La. xiij.

Sunt additiones spisse vulgares nascentes
sup tincturas in extremitatibꝫ ppt vehe
mẽtiã opatiõis. ¶ Et cura coꝝ ẽ incisio ut
resoluat ex eis illud qõ ñ dolet: deiñ admistrent su
p residuũ medicine vehement acute ex medicis vru
cax donec cadat: deiñ ꝓseqũtur butyrũ coctũ.

¶ De fissuris q̃ apparẽt sup cutẽ ꝛ labia ꝛ extremi
tates apparitiõe in cute in oi loco La. xv.

Causa oiuz fissurarũ ẽ siccitas in cute adeo
donec exsiccet illa siccitas: aut ppt cõple
xionẽ singularẽ: aut ppt malitiã humoꝝ
mittẽtiũ mãz exsiccantẽ acutã: aut ppt calorez exsic
cãtẽ: aut vẽtositatẽ exsiccãtẽ rozẽ: aut frigꝰ indurãs
inspissans sicut accidit terre exsiccate ꝛ arefacte p vẽ
tũ aut calorẽ ꝛ cõmote valde ut scindat. Et q̃q̃ ac
cidit cã aq̃rũ stipticaꝝ ꝛ illarũ in qbus ẽ virtus alu
minis ꝛ sillũ: q̃ accidit ut cũ eis fiat ablutio. Et eis
qdez sunt ꝓtrarie aque sulfuree ꝛ alpaltiue. Et nos
expti sumꝰ differẽtiã int aquã endiuie: ꝛ qõ est in cir
cuitu eiꝰ: ꝛ aquã in sabor: ꝛ nõ fuit in hoc ca. experi
mentum forte.

¶ De cura fixurarũ cõi La. xvi.

Oportet ut euacuet si fuerit humõ malus.
Et pmuretur si fuerit complexio sicca ꝛ bi
bat olea, pbe sisami exoxticati vsqz ad. ʒ.
i. et. ʒ. oi die in expssiõe vue aut infusiõe passularuz
dulciũ aliquot dieb⁹: ꝛ silit decoctio cicroꝝ viuia
liũ cuz aqua ꝛ zuccaro ꝛ assiduet inungi. ¶ Et si sũt
ex frigore tunc cõfert eis acatia: ꝛ iterũ decoctio na
poꝝ ꝛ napi ꝛ folia sicle, ꝛ decoctio eius: ꝛ pbe cera
tus factis ex eis cuz adipibus notis ꝛ medullis ꝛ pi
ce humida ꝛ alkatirã. ¶ Et si fuerint ex calore tũc cuz
ceratis frigidis ꝛ humidis cõquassatis cũ succis fri
gidis ꝛ humidis. Et rectificatio cibi ꝛ admistratio
balnei cũ aqua calida.

¶ De fissura labioꝝ La. xvij.

Causa in fissuris labioꝝ ẽ siccitas: aut ppt
vẽti cõtrahẽtẽ cutẽ ꝛ desiccãtes eam ꝛ ex
siccãtẽ ipsius rozẽ: aut ppt frigꝰ: aut ppt ca
lorẽ: aut ppt cõplonẽ siccã sicut sciuisti. ¶ Prohibi
tio vero eius est ut liniatur anteq̃ perucniatur ad

ipsius curam cum ceratis ⁊ adipibus ⁊ medullis et oleo ro. cū isopo humida. Et ista itez qñq auferūt illud qđ accidit. Et facere ut adhereant pellicule super ea sicut pellicula ouī ⁊ arundinis ⁊ corticis alle cū ⁊ ceparū. Ablationi autē eius qđ de ipsis accidit de eo quod bonum ē: est ut sumank fex assata et glutinum albotiz ⁊ miscēatur cū adipe sicut galline ⁊ anseris ⁊ melle. Aut sumatur tritura gallarū imaturarum sicut puluis cōfecta cū gūma albotin liq̄facta sup ignem. Et dictū est q̄ inungere umbilicuz in hora dormiendi aut applicare cottum submersum in oleo ꝓcauitati umbilici ē iuuatiuū ⁊ bonū.

¶ De fissuris pedū La.xviij.

Quandoqz accidūt ꝑꝑ vapores malos: ⁊ qñq accidūt ꝑꝑ siccitatē ⁊ aridtatē denigrantē. Et ad sānū qñq cōtingit de eis iuuamētum ꝑꝑ illud qđ resoluitur ex ipsis si possibile est ut remoueatur cū assiduatione ponendi pedes in aqua calida ⁊ inungēdi eos cum oleis ⁊ adipibus ⁊ ꝑꝑ ad ipe caprarū ⁊ vaccarum ⁊ ouium confortatis parūper cū cera. Et iterū oleum de kerua ꝑꝑ e oleum alkekim ⁊ oleū de suri: qñ est vltimū valde: ⁊ oleū effusum de lentisco opposito igni qñ ē bonū valde. Et alcāna ē bona ⁊ ꝑꝑie confecta cū decoctione alharmel ⁊ sergin vue ē bona curatio eius. Et si nō valent illa indiget bucella faciēte glutinationē ⁊ penetrante in ea sicut curāt eam q̄dam post balneationē ⁊ positionem pedū in aquā calidam: tunc oportet ut ponatur dragagantū ꝑparatuz cū cōtritione in fissura: qñ est mirabile. Et iterū sumātur cera ⁊ oleū sisamini ⁊ glutinū albotin ⁊ storax ligda aggregent: ⁊ fissuris ut bucella adhibeatur: qñ est mirabile. Et iterum alkitran cum mollitione sisami ē mirabile valde: ⁊ olibanū tritus ⁊ olea ⁊ adipes iuuatiua sūt valde. Et iteruz epithyma excācro adusto cōtrito cū oleo olive ⁊ ē in fissuris manuuz velocius ⁊ magis iuuatiuū. Aut sumat interius cepe squille ⁊ ferueat in olco i quo liquefacta cū sit glutinū albotin ⁊ ponat i fissuris. Et glutinū albotin iterum in oleo solum ē vltimum. Et iteruz confectio: sumatur de farina granoz alkerua emolitoz cum pauca aqua ⁊ fiat ut adhereat calcaneo. Et ipse fructus alkerua est bonꝰ ad antiquas ⁊ vlceratas. Aut sumātur litharguriū ⁊ cera ⁊ oleū ⁊ mel cū equalitate: ⁊ fiat ex eis aliquid ꝑparatū. Aut de coquank cācri fluuiales ⁊ sisamū. ⁊ itez sumātur fex olei ⁊ adeps anatis ⁊ glutinū albotin. ¶ Curatio bona nostra: sumat dragagantū ⁊ terat sicut puluis: et radicū polypodij pōdus medietatis eius ⁊ karabe ⁊ turis tritoz oīuz ana tria pōdera ⁊ glutinis albotin duplū dragagāti terank oīa cum oleo de kerua ⁊ administrētur: ⁊ dicimus qui vsus fuerit inunctione calcanei omni nocte non dimittens securatur ex hoc.

¶ De fissuris manuū La.xix.

Urentur curatione fissurarum pedum leuium.

De fissuris q̄ sunt int digitos La.xix.

Curetur cum huiusmodi: ⁊ eis quidem ꝑ priū est ut emplastretur cū radice polypodij trita sicut puluis.

De exulceratiōe alchatin La.xx.

Quandoqz accidit alchatin ut rubeat in primis ⁊ findat aut vlcerēt ꝓpter multitudinem relupinationis ⁊ ꝑꝑe in egris: quare oz cū incipit rubere ut dimittat relupinatio ⁊ administrenk desup repercussiua. In egris vo administretur stratus ex eis q̄ sūt sicut folia salicis ablata a virgis ⁊ sicut milia ⁊ sicut pēne: ⁊ totū illud fiat impledo sicut pēne leues aut cui silles sūt alkiris. Si autē exulcerēt tūc emplastrū de cerussa adhibeat.

¶ De odore horribili in cute ⁊ ascellis ⁊ vrina ⁊ egestione La.xxi.

Odor corrūpit ꝑꝑ putrefactionez hūoris aut sudoris. Et qñq adiuuāt ad illud motus ꝓmouētes hūores ⁊ dimissio ablutionis a pollutiōe ⁊ mēstrua ⁊ retardatio eiꝰ ⁊ assumē ea q̄ sūt sicē fenugrecū ⁊ ea de ꝑꝑetate quoz ē mouē mās acutas ad manifestū corpis. ¶ De fetore vo oris iam dictum est.

Decura corruptiōis odoris corpis cōis La.xxij.

Illud vo qđ rectificat hūores ē euacuatio ⁊ cōplexio cū pmutatiōe ⁊ acceptatiōe eiꝰ cuiꝰ bona sit digestio in q̄litate ⁊ quātitate ⁊ mundificatio in balneo ⁊ alia: ⁊ assumere in ieiunio ꝓ quod sudoz sit boni odoris sicut ē cassia ⁊ feleniati. Et iterū apiū ⁊ capita carduī ⁊ asparagꝰ ⁊ oē ꝓuocatiuū vrine: mūdificatiuū sāguinis a putrefactiōe: verū q̄di coꝛ sicē asparagꝰ facūt fetere vrinaz. Et de eis q̄ ꝑferūt ad illud ē ut bibat infusionē chꝛysomiloꝛ boni odoris ⁊ chꝛysomila ipa ⁊ liniat sup coꝛpꝰ qđ sit sicē aq̄ myrti ⁊ aq̄ in q̄ dissolutū ē alumē iamem ⁊ almeisus ⁊ decoctio silimbrij ⁊ mēte ⁊ calamēti ⁊ sāsuci ⁊ folia citri ⁊ folia salicis: ⁊ silik inunctio cū myrto trita. Et iterū sandali ꝑꝑie ⁊ ciperi ⁊ flos squinanti ⁊ calamꝰ aromaticꝰ ⁊ alkidre ⁊ rose ⁊ ꝑꝑe sāsuceꝰ ⁊ alfehesabē ⁊ alusnati ⁊ folia citri ⁊ cortex eiꝰ ⁊ folia maloz ⁊ folia lilij iuuatiua sūt i hoc capitulo valde. Et ueruz trocisci de rosis cū zuccaro. Et iterū de eis q̄ opilāt pozos ⁊ ꝓhibēt sudoꝛē sunt litharguriū ⁊ tutia ⁊ cinis folioz lilij ⁊ alumē ⁊ silia eis ⁊ myrrha ⁊ aloes ⁊ oleū myrtinū ⁊ oleū roſ.

¶ De cura fetoris ascellaz La.xxiij.

Existimauerunt quidam q̄ fetoꝛ ascellaruz ⁊ pediculi sunt ex reliquijs vestigioz ꝑ matis ex quo creatus est homo que iam ceciderunt in partibus ascellarum ⁊ penetrauerunt in poris cutis: ⁊ hoc non est ex eis quibꝰ oportet initi. Et ut ꝓportionēt ad vaporem materiei qui cōuertitur in sperma in homine ⁊ ad mouentē ipsum in eo est melius. ¶ Cura autem eoꝝ est quoniam oportet ut curentur post mundificationem si ea indiget cum tutia ⁊ litharguio condito ⁊ climijs: ⁊ cum cinere myrti: ⁊ oleo myrtino: ⁊ cum aqua in qua soluitur alumen: ⁊ quandoque conficiantur ista cum sandalis, ⁊ permulcentur cum canfora.

Trociscus bonus. ℞. sandalorum ⁊ cassie ⁊ gallie ⁊ spice ⁊ aluminis ⁊ myrrhe ⁊ foliꝫ ⁊ ro. oiuꝫ ana p̃ tẽ. i. ⁊ tutie ⁊ lythargyrij albificati amboꝝ ana ptes iij. ⁊ canforꝫ ptẽ. ℈. fiant ex eis trocisci cũ aqua roſ. ⁊ administrent̃ poſt exiccationẽ. Et itez ſumant roſarũ rubearũ ℔ b. i. ⁊ galle ⁊ ſpice ⁊ ciperi ⁊ myrrhe ⁊ alumis oiuꝫ añ. ℥. x. fiãt trocisci cũ aqua roſ. ⁊ administret̃ deliburionẽ faciẽdo. ¶ Puluis bũ faciens redolere corp⁹ ⁊ cõfert cõplexionib⁹ calidis. ℞. ſpice ⁊ ciperi ⁊ foliorꝫ ⁊ florꝫ ſquinãti ⁊ ſtoracis aſſemine ⁊ ẽ lubria romana oiuꝫ ana aur. x. roſarũ ſiccaꝝ extremitatũ myrti oium ana aur. xx. ſpica ciperũ ⁊ flos ſquinãti ⁊ foliũ: madefiãt cũ vino odoꝛifero et exſiccent̃ ⁊ teranꝫ: deinde ꝓiciant ſup ea roſe ⁊ extremitates myrti contrite ⁊ diſſolnat croc⁹ cũ aqua roſ. ⁊ ꝓmiſce ipm cũ medicinis religs ⁊ exſicca eas in vmbꝛa: deinde tere ipm ⁊ puluerıza ſup corpus poſt balneationẽ: ita ut exſicces ſudoꝛẽ corꝑis in ꝑmis exſiccatiõe vltima: deinde puluerıza ſup ipſis medicinas. ¶ Illud abſcindẽs odoꝛez ſudoꝛis feti di ꝓueniẽs habẽtibus cõplonce frigidas. ℞. ſpice aromatice ⁊ gariofiloꝝ ⁊ amomi ⁊ xylobalſami et caſſie oiuꝫ ana aur. iij. coſti ⁊ blacte bizantie ⁊ ſpice inde ⁊ cinamomi oiuꝫ ana aur. ij. extremitatũ ſãluci ℥, ſpice romane oium ana aur. iij. lubric romane reſoluant iſta cũ vino ⁊ tere ⁊ reliqua cũ aqua balſamite ⁊ adminiſtra illud. Illud ſm illud exemplꝫ abſcindens odoꝛẽ ſudoris. ℞. cinnamomi ⁊ ſpice inde ⁊ blacte bizantie ⁊ coſti oium ana. ℥. ij. abſynthij ⁊ boli lacũe ⁊ ſcorie plũbi ⁊ ceruſe ablute oium ana. ℥. ſ. ſceba ⁊ ſpice romane omniũ ana. ℥. i. croci ⁊ roſarũ ſiccarum amboꝝ ana. ℥. iij. tere ſicca cum aqua myrti: ⁊ crocuꝫ cum aceto vini odoꝛiferi ⁊ adminiſtretur.

¶ De cura vehemẽtie fetoris ſtercoris ⁊ ventoſitatis La. xxiij.

Jt illud cã putrefactiõis humoꝝ. Et cauſa rerũ de ꝓpetate quaruꝫ ẽ illud ſicut ala ſtirgar ⁊ allea ⁊ eruca ⁊ porri ⁊ alaniuden ⁊ alalthir ⁊ iterũ oua eoꝝ. Verũ fetoꝛẽ delet bonitas digeſtionis ⁊ aſſumere ea q̃ declinare faciunt putrefactionẽ ad ptem vrine ſicut fenugrecũ. ipm eni facit fetere ſudoꝛem ⁊ vrinã: ⁊ delet fetoꝛẽ egeſtionis. Et vinum aromaticum aufert fetoꝛem egeſtiõis.

¶ De fetoꝛe vrine La. xxv.

Cauſe fetoris vrine ſũt cauſe fetoris egeſtionis. Et iterũ diuretica ſic̃ aſparagus ⁊ ſilia ipſa eni faciunt bonũ coꝛpis odoꝛẽ: ⁊ faciunt fetere odoꝛẽ vrine: Et iterũ vlcera velice: ⁊ cura eius eſt facilis ex eis que ſciuiſti.

De pedicul⁹ ⁊ lendinib⁹ La. xxvi.

Eteria humiditatis in qua eſt caliditas aliqua cum expellitur ad cutem forraſſe ẽ tãte tenuitatis ⁊ ſubtilitatis ut reſoluatur et non ſentiatur: ⁊ ſequitur eam illud quod reſoluitur in ſudoꝛem: ⁊ ſequitur eam quod reſoluitur ⁊ coagulatur in ſordes: ⁊ ſequitur eam quod retinetur in ſupꝛema tunicarum cutis: ⁊ generantur ex ea ſicut furfures ⁊ deſudationes ⁊ que ſunt ambabus ſimilia: ⁊ ſeqtur eam quod retinetur ꝓfundius illo. Quod ſi fuerit mala valde facit ſicut alopitiam ⁊ ſimilia illi ⁊ impetiginem ⁊ aliaha fati. Et ſi fuerit minus mala ⁊ non fuerit virtus virulenta: ⁊ non feſtinat ad eam putrefactio dominans vltima ⁊ eſt conueniens ut ſit materia recipiens vitam influitur ſup ipſam vita ex creatoꝛe ſuo ⁊ ꝓueniunt pediculi ⁊ mouentur ⁊ egrediuntur. Et quandoq; accidit de eis plm ſubito. Et quandoq; adiuuant ad generationem pediculoꝝ: ⁊ mouent eos cibi boni chimi tenuis motus ad illud quod apparet ſicut ficus ⁊ ad illud adiuuant motus mouentes cuꝫ ad illud ꝓcipue cum aſſociatur ei vapoꝛ ſpermatis generãtis ſicut coitus. ⁊ quandoq; adiuuãt ad illud dimiſſio mundificationis ⁊ ablutionis: ⁊ adminiſtratio eius quod aperit poꝛos cutis ⁊ mouet materias retentas in ea ad reſolutionem: ⁊ facit ingredi ad eaꝫ flatum ꝓhibentem eam a conuerſionibus putrefactionis ⁊ aſſimulatione cuꝫ putrefactione. Et quã doq; ſuperant pediculi adeo donec fluat ſanguis habentis eos: ⁊ citrinetur coloꝛ eius: ⁊ cadat appetitus eius: ⁊ extenuetur coꝛpus ipſius: ⁊ reſoluatur eius virtus.

¶ De cura La. xxvij.

Pediculi plures generatu non abſciſi indigent in curatione ſua in primis mundificatione coꝛporis ⁊ ꝓpe euacuatione cũ phlebotomia ⁊ rectificatione regiminis ⁊ dimiſſione eius quod mouet materias ad exteriora de eis que diximus: deinde adminiſtra medicinas locales: ⁊ confert ad illud aſſiduatio balneatiõis ⁊ mũdificationis ⁊ ut aſſiduet balneationem cum aqua ſalſa: deinde cum aqua dulci eſt melius. Et oportet ut aſſiduet permutationem veſtium: ⁊ induatur ſeri co ⁊ lino: ⁊ bibat medicinas interficientes pediculos ſicut allea decocta: ⁊ calamentum montanum. ¶ Medicine vero oportet ut ſint exſiccatiue reſolutiue attractiue ad exteriora. Qñ ſi fuerit res magna eſt neceſſarium ut miſceant cuꝫ eis virtutes veneneſe. Et de medicinis localibus ſunt ſumach ⁊ oleum ⁊ acetoſa etiam ⁊ folia eius ⁊ radix eius aut alumẽ cum oleo aut folia azedaraet: aut folia granatoꝝ ⁊ ſemen lini ⁊ calamus aromaticus ⁊ cinnamomũ aut folia colloquintide: aut folia myrti: aut folia cupreſſi. ⁊ oleum cartami tunatiuum eſt prohibitiuũ ⁊ oleum de raphano eſt nurabile. Et cortices caſſie lignee ⁊ reubarbarum ⁊ puretrum ⁊ radix altee ⁊ ſiſimbrium ⁊ polium ⁊ aniſum ⁊ pulegium ⁊ ſemen vrtice ⁊ alberengeſif ⁊ coꝛdumeni: Sumantur ſicf memũhe. ℥. iij. coſti. ℥. ſ. baurach. ℥. i. amili quantũ omnia: ſoluantur ⁊ linantur. Et de ablutionibus eſt decoctio lupinoꝝ: quoniam eſt bona foꝛtis. ⁊ decoctio ſicle ⁊ decoctio tamariſci: ⁊ decoctio calamenti montani ⁊ decoctio foliorum cupꝛeſſi: ⁊ foliorum pini. Et genera ſellis cum ponuntur in ablutionibus ſunt bona. Et de ſuffumigationibus eſt ſuffumigatio cum condiſi ⁊ ſtaphiſagria: et cum

gūma pini ⁊ cū gallia ꝓprie ⁊ cū sulfure. ⁊ de medicinis fortib⁹ est vt sumātur staphisagria ⁊ arseni cū rubeo ⁊ baurach: teraī oia cū aceto ⁊ olo ⁊ liniatur cū eo caput. aut helleborus alb⁹ ⁊ baurach aut folia oleandri cū oleo aut folia colloquītide. aut sumantur ſynapis ⁊ cōdisi trita ⁊ fundat super eā parū aceti ⁊ extinguat post illud in eis argentū viuum terendo ⁊ est forte. ⁊ similiter qđ fit ex sulfure ⁊ arsenico ⁊ aristo. ⁊ cinere ilicis ⁊ costo ⁊ myrrha. aut sumantur cōdisi ⁊ arsenicū rubeū ⁊ aristo. lon. ⁊ alkitran ⁊ fellis vaccini quātitas tanta de vtrisq; cuz q̄ medicine cōficiant ⁊ est epythyma forte. ⁊ iterū alkitran ⁊ gentiana ⁊ arsenicū ⁊ oleū de lilio. ⁊ iterū staphisagria ⁊ folia oleandri ⁊ alumē iamen. ⁊ iteruz liniant i balneo cū siefmemithe pte. i. ⁊ baurach medietate partis: costi sexta partis: amiti quātū oia ⁊ liniatur cū eo post ꝓiotrū cōfecto cū aceto. ⁊ administra has medicinas post vaporationē cū eis que sunt sicut cōdisi. Et staphisagria est melior ⁊ ꝓprie cū incipit ab ablutionib⁹ de genere eius qđ dixim⁹

¶ Tractat⁹. iiij. de dispositiōibus q̄ pendēt ex corpore ⁊ extenuatib⁹ ⁊ est ꝑplemētū libri decoratiōis. ¶ De extenuationis ablatione. Ca. i.

EXtenuatio fit aut ꝓpter p̄uationē materiei pīguedinis cibi. aut fit ꝓpter multitudinē vsus cibi subtiliantis: quare nō generat in corpore sanguis plurim⁹. ⁊ ex regimīe cōtēto de eo qđ ē p̄ter illō non generatur in corpore sanguis bonus: aut propter debilitatē virtutis opantis in cibo: aut digestiue aut attractiue ad mēbra ꝓpter corruptōem complexionis cuius plūm est frigidum: aut ꝓpter getez plurimaz cū qua sopitur virt⁹ attractiua ꝓprie q̄ ē post exercitia quoz auxilio ꝓficit natura attrahēs cibū. ¶ Cū ergo dimittitur nō attrahit neq; nutrimētū tēperatū etiā: aut ꝓpterea q̄ sanguis ꝓuertit ad materiā cholericā vel melācholicaz ex hūida aquosa: aut ꝓpterea q̄ splen cōprimit epar quando magnificatur quare attrahitur ad ipm plus sanguis ⁊ debilitatur virtus epatis per ꝓtrarietatē que ē inter vtraq; aut ꝓpterea quia vermes coartant corpus: aut ꝓpter cōstrictionē pororz: aut ꝓpter ipsoz coarctationē ab humoribus: aut cooperturā coz scienē quam facit frigus aut calor aut nuda siccitas quoz vnūquodq; cognoscitur suo signo: aut ꝓpter ligamenta assidua super ipsum quare opilantur pori ⁊ meatus: quāobrem non attrahitur ad ipsum nutrimentū ⁊ ꝓprie a creta comesta: aut ꝓpter multitudinem resolutionis quare non figitur quod attrahit de nutrimento ad mēbra: imo separatur sicut accidit in exercitijs velocibus ⁊ tristicia ⁊ angustia et egritudinibus resoluentibus. ¶ Et corpora quidem que extenuantur in tempore breui tollerant ut redeant ad ea teneritas tempore breui. ⁊ illa que extenuāt in tempore longo nō tollerant nisi blandimentum debilitati virtutis ad hoc vt administret nutrimētū plurimū. Corpora igit susceptibiliora pinguedinis sunt que de eis molliorem habent cutē ⁊ que de eis magis susceptibilia sunt tensionis. ⁊ de eis que faciunt homini esse necessariuz fugere ab extenuatione sunt debilitas ⁊ vehementia passionū a caloze ⁊ frigore ⁊ a verberibus ⁊ a percussionibus ⁊ a passionibus animalibus ⁊ onere ⁊ laboze ⁊ inquietudine: et ab euacuatione ⁊ coitu ⁊ retinetur nutrimentū eius in venis ipsius ⁊ nō penetrat quare putrefit. ⁊ pinguedini iterum insunt nocumēta que ego dicam. et non est sicut equale: dū ergo perseuerat pinguedo: ita q̄ nō facit accidere nocumētuz non abhorreas eaz. vita nāq; in humiditate existit. ¶ Verū oportet vt tu caueas ⁊ abhorreas eam in via superfluitatis: licet nō appareat eius nocumentum quoniaz eius nocumentū repente aduenit ⁊ subito fm q̄ dicit in loco suo, ⁊ qū deficcant corpora ꝓpter aerē est extenuatio. ¶ De cura. Ca. ij.

OPortet ut consideretur que causa sit in extenuatiōe de causis extenuationis q̄s diximus ⁊ curet ⁊ removeat: verbigratia si fuerit cibus nō generās sanguinē grossū forte afferat ille qui generat ipsū ⁊ non sit contentus eo qui generat sanguinē laudabilē tñ quoniam fortasse generabit subtilē ⁊ resolutiuū. Nō si fuerit virtus attractiua ad mēbra pigra moueat ⁊ cōfortetur ⁊ cōsideret ad malitiā cōplexionis si fuerit ⁊ p̄mutetur. ⁊ fricatio in hora expergefactionis a somno est ex eis que expergefaciūt virtutē attractiuā. ⁊ quādo est necessariū, phibere nutrimētū a latere altero attrahe ipsuz ad latus extenuatū cū diuersificant duo latera sicut si sit vna duarū manuū extenuata ⁊ altera pinguis: tūc eni necessariū est vt ligetur pinguis cū pāno incipiendo ab interiore ligatura nō vehemēti neq; dolorosa cum mensura que ꝓstringat tñ: ⁊ prohibeat nutrimentū a penetratione quare redeat ad locum digestionis ⁊ attrahatur ad latus alterum. ⁊ excita attractiuam cum fricatione ⁊ ꝓprie cum oleo aliquo sicut oleo olīue cum pauca cera calefacto fricatione non exsiccante. ¶ Et quotiens inflatur membz ⁊ calefit dimittatur: deinde iteretur cum quieuerit. et si pori fuerint opilati tunc oportebit si corpus fuerit vehementis soliditatis: quap̄propter opilent pori mollificare cum humectatione ⁊ calefactione cuz calefacientibus ex eis que assumuntur ⁊ motib⁹ coz poreis ⁊ animalibus si fuerit frigus illud quod inspissauit ipsū: ⁊ infrigidatione ⁊ humectatione si fuerit calor inspissans ipsum ⁊ faciens ipsum compactum. Et melius quo calefit membrum qđ nō recipit calefactionē ꝓpter frigus suū est vt siccetur: deinde ponatur super ipsuz rubificatiuum. ⁊ si fuerit causa in extenuatione ꝓpter splenem curetur splē ⁊ si fuerit extenuatio ꝓpter vermes interficiant ⁊ extrahantur cū oibus que dicta sūt in ca. eoz. ⁊ adhibeantur ei delitie ⁊ amenitas ⁊ stramēta leuia ⁊ habitet in vmbra ⁊ dilatetur ⁊ aromatizetur ⁊ dentur in potu frigida. Ista enim confortant virtutem naturalē valde: quare bōa sit eius administratio i nutriē

do ⁊ expellendo supfluitates. Et illud quidē est principiū causaꝝ pinguedinis. Et de impinguatibus est assūptio vini grossi ⁊ cibi boni chimi fortis exsiccātis cū digerit: sicut frumentū sine cortice coctūut puls ⁊ aliud abet ⁊ rizi cū lacte ⁊ assata de carnibus .ppt illud qđ retinet in eis de virtute carnis ⁊ generant carnem durā: decoctū aūt ex carnibus generat mollitem ⁊ tenerītudinē non firmā. Et caro anatis est impinguatiua ⁊ caro galline silr: ⁊ caro alcubugi est vltima in eo: ⁊ silr lub zuccari. ⁊ balneū post cibum est vehementer attrahens nutrimentū ad corpus ipinguatiuū. Hec vtens eo exponit opilationi accidentli in epate suo ,ppio cū est cibus eius cibus corꝝ g sūt ipinguandi ⁊ ppter illud multiplicat lapis in eo g querit hoc ⁊ illi sūt aptiores ad hoc ut in eis mīltipli cent iste opilationes ⁊ lapis quoꝝ vene sūt un creatione stricte: ⁊ sunt non omnes ita. Et cū isti sentiūt gravitatē in latere dextro: sumāt in potu aperitiua i opilationibus epatis nota ⁊ sumāt in potu ante cibū suum capparē cū aceto ⁊ melle ⁊ oxymelle cū semibus donec auferat gravitas. Et melius gdem balneū est illud qđ est post digestionē pmā: ⁊ cū iam descenderit cibus: licet comedere cibuꝝ post egressionem a balneo absq; supfluitate est de causis impinguationis. Et balneū quidē est bonū impinguatiuū pluribus hoibus ⁊ ppie illis qui sunt in dispositione q̄ est sicut arefactio. ⁊ oportet ut sit balneū post pmā digestionē. ſ. qñ descenderit cibus a stomacho nisi in rebus cisdem. Et calefactis gdem est ad hoc congruū factū ex lacte de quo extractū est butyr non facto acetoso. Et de ingenio ipinguādi est retentio sanguis sūp membr ligando membr qđ ei eque distat in latere altero sicut dixim⁹ anſ: ⁊ ligēt illud quod est sub mēbro ex quo cadit nutrimentū ad ipm cū ē pingue: aut non queral eius impinguatio: sicut cū aseid est extennatū ⁊ planta manus ē sana ⁊ pinguis: tūc ligetur apud rascetā: aut cum aditoriū est extennatum ⁊ aseid non ligēt apud cubitum a supiore parte aseid. Et ex impinguantibus est illud qđ pendet ex exercicio ⁊ est oē exercicū lene tardū ⁊ totū illud sit equale post fricationē velocē bonā paruaꝝ tempatā in duritie ⁊ lenitate ⁊ ppie frictionez cū incipit ad hoc pueniret rubificet cutez. ⁊ post illud exercitet cū equalitate ⁊ balneet balneatione breui: deinde ,in ungatur corpus eius ⁊ fricet fricatione sicca: deinde administrent linimēta impinguatiua. Et pmutatio gdem aeris ⁊ aque est ex vno coꝝ que oportet observare: qñ fortasse extennatio est causa coꝝ. Et de impiguatiuis sunt linimenta que administrant post motionē membroꝝ ⁊ ipoꝝ rubificationē sicut est pix sola: ita ut sit vehementer liquida: aut soluta i oleo cū quantitate que facit eaz currere linimentū. Et qñq; administrat sola sup cutez approximata igni donec liquefiat: deinde inuiscat ⁊ cleuatur qñ congelatur. Ipsa enim attrahit nutrimentū ad membr ⁊ retinz ipm in eo ⁊ remouet frigus eius si fuerit causa eius debilitas virtutis aut opilatio poꝝ oꝝ in cute ⁊ dat ei viscositatem ⁊ asperitatem ⁊ strungu super ipm poros ⁊ excitat virtutem attractiuam: quare remanet mora tanta qua figitur ⁊ fit pars membri ⁊ non resoluit, ⁊ oportet, ut administret i estate semel in die in q̄ administrat ⁊ in hyeme bis. Et cōsideretur in ablatione eius a membro⁹ ⁊ dimissione ipius super ipm velocitas, rubificationis eius ⁊ inflationis quas facit ei tarditas ipius. Cum ipa enim festinat in hoc cū sit vltimatio in dimissione eius super ipm ⁊ domiatione ipius: imo remoueatur velociter. Et fortasse sufficit ut auferatur quando inuiscat calida ⁊ infrigidat. ⁊ quādoq; confert ut precedat super picem fricatio velox aspera dura: deinde liniat aut percuciat cū virga buxi equali non nodosa ⁊ ppie inuncta donec rubeat ⁊ inflet: deinde abstineat. naz additio in fricatione ⁊ pcussione resoluit: deinde inuiscet pix calefacta cū equalitate apud ignē. Cuq; coagulatur ⁊ infrigidat auferat ab eo euellendo subito. Et melius quidem est ut effundat super ipm ante picē aq̄ ad caliditatem ⁊ mordicationē quandā declinis: deinde apponat pix. ⁊ aque sulfuree ⁊ que sūt de aspalto sūt attractiue nec nutrimēti ad illud qđ apparet. Inquit Balie. Jam vidi venditorē animaliū ipinguasse hoc regimine adolescentem sine natibus ⁊ faciens est lenis habens pingues anchas in tpe breui. Qui vero abhorret picem vtatur loco eius oleo ex oleis opilantibus cum caliditate quadam: ⁊ si vtat aqua frigida ⁊ tollerat eam super corpus totum aut super membr faciat. Et melior horaz ad illō est hora q̄ opatur linimētū in attracto: fortasse enī tūc vir resoluit ipm in sanguine. Et non oportet ut fugias acuta cum prolongatur: ⁊ non confert: imo oportet ut assidues frictionem cū pannis ⁊ effusionez aque calide: deinde cum fricatione cum manu: deinde adhibeas picem. Et fortasse est necessariū ut attrahat sanguis absq; fricatione: imo cū medicinis rubificātibus ⁊ cum eis que sunt sicut piretz ⁊ sulfur ⁊ cū eis que sunt sicut gūma rute agrestis. Et de mēbris sunt quedā que egent ad impinguationem sui nutrimento pluri consueto: quoniā resoluitur ex eo iam plus consueto ⁊ indiget impinguatio supfluitate remanēte precipue cum fricatio iam resoluit. Et referamus nunc medicinas que assumunt ⁊ clisteria. In eis autem que sumuntur est intentio ut medicine confortēt digestione ⁊ retineant cibum in stomacho ⁊ intestinis parum propter virtutem retentiuaz ⁊ faciunt ipsum penetrare in venis ⁊ ad partes epatis ⁊ faciunt illud diuretica equalia ⁊ propie cum bibuntur in cibo ⁊ post ipm spacio paruo. Et est necessariuz ut coaguletur in membro. Et faciunt illud infrigidantia ⁊ stupefacientia sicut hyusquiamū album ⁊ ei similia. Et de habentibus propietatem ⁊ que sunt nobiliorum virtutum ad tēperatos est illud quod: ℞. amigdalas ⁊ fisticos excorticatos ⁊ gña viridia ⁊ sisamū ⁊ grana pini maiozis: conficiantur cum melle ⁊ fiat inde pillule similes nucibus ⁊ sumantur de eis omni die quinq; nuces vsq; ad .x. ⁊ bibat super eas vinuz. hoc enim impinguat ⁊ bonum facit colorez ⁊ confortat super voluntatem coeundi. Medicamen-

bonuz quod impinguat ⁊ colorem efficit bonuz: ℞ mutuc farine ſiſe ⁊ ʒ.v. ſarcocolle ⁊ inuoluantur cū butyro vaccino cocto inuolutione forti ⁊ fiant ex eis trocisci ⁊ comedantur mane ⁊ veſpere. Aut aſſumātur amigdale ⁊ anellane excorticate ⁊ grana viridia ⁊ ſiſamū ⁊ papauer cū equalitate keſile. ʒ. pare penidioꝝ quantū eſt totum: ſumatur in puluere oi mane ⁊ apud ſōnum vſq; ad. ʒ.xx. Et alkidi medicamen quod: ℞. quartam kelciati de kerua excorticato: cuius tritura fiat optima: fundant ſuper ipm lib.ij. lactis dulcis ⁊ conficiat bene cū farina tritici quantuz ipm tollerat ⁊ fiant trocisci ex eo quoꝝ omnis ſit. ʒ. .i. ʒ. ⁊ fiant ut panis ⁊ ſiccent ⁊ ſumantur de eo omni die duo trocisci contriti.

¶ De regimine bono ad extenuationē factam cauſa crete ⁊ opilationis ptiū epatis ⁊ ſiphac. ¶ Ca.iij.

Umantur paſſule bone ⁊ fundantur ſuper eas quattuor: pondera ipſaꝝ de aqua ⁊ de coquātur vſq; ad medietatem ⁊ p̄ijciatur ſuper omne caſtinum paſſulaꝝ pondus. ij. lib. ſcorie ferri ⁊ pugillus vnus ameos ⁊ pugillus. i. zuccari ⁊ pugillus. i. oziganı. ⁊ quādo ſeruet dimittatur duabus diebus aut tribus: deinde colatur ⁊ bibat de eo in eo in ieiunio quantitatem lib. i. ⁊ poſt tres horas comedat panem cum kemic capparis ⁊ porroꝝ: ⁊ bibat ſuper ipm vinū fortē quantitatem lib. i. deū qñ ꝓtereūt. vij. horē comedat carnes pinguiū ⁊ bibat vinū duꝝ vſq; ad. iij. lib. hoc. n. efficit in complexionibus fortibus operationem mirabilem ⁊ colorem facit bonū: aut ſumant dragagāti ⁊ ſeminis papauēris ⁊ nucis hendē ⁊ amboꝝ been ⁊ capparis ⁊ ʒedoarie ⁊ almugath omniū ana. ʒ. iij. ſ. teranı ⁊ frigātur in butiro ⁊ p̄ijciantur ſuper pondus duaꝝ miarum ſanich' tritici ⁊ ſumatur omni die de toto vſq; ad. ʒ. xxx. ⁊ decoquat de eo ſorbitio cuz lacte ⁊ butyro cocto ⁊ zuccaro ſorbeat: ⁊ balneetur poſt ipz balneationē leui. Aut ſumant almugath. ʒ. l. hellebori .ʒ. xx. draganti. ʒ. xl. ʒedoarie. ʒ. xxx. cribellent ⁊ ſumant quātum eſt tertia totius de pane ſiſe ⁊ quantū eſt tercia eius de amigdalis excorticatis quantuz eſt tertia eius de zuccaro ſulimeni: ⁊ ſumat de eo omni die pondus. ʒ. xx. in lacte ouino: ⁊ expreſſionerue ō vnoquoq; quoꝝ ſit lib. i. ⁊ fiat ſorbitio ⁊ ſorbeat ipſū. ⁊ vtatur de medicinis ipinguatiuis temperatis ex medullis ⁊ nux hendē ⁊ alkeſile ꝑpte cū ſanic: qñ ipm cuz hoc frangit inflationē ſanic ⁊ grana impinguandi. Nec ipa tardant in ſtomacho ⁊ almugath ⁊ ʒedoaria ⁊ duo de been: ⁊ omnia que mouēt ſperma ex eis que ſūt ſicut bulbus ⁊ herbus ⁊ faſcoli.

Et ex eis que currūt curſu ꝑpriatū eſt ut ſumat vermis apis ⁊ exſiccet ⁊ terat ⁊ miſceat de eo aliqō cū ſanich ⁊ detur de eo in potu aliquid. ¶ De regimie bono ad calefactos eſt ut ſumat dog lactis dulcis cuiꝰ nō vehemens ſit coagulatio neq; acetoſitas: imo accepta eſt ⁊ ablata eius vnctuoſitas ut ſit magis pene tratuū ⁊ lenius. ¶ Et detur de eo in potu extenuato quātitas. ʒ. lib. ⁊ moret ſuper ipm tribus horis donec digerat ipm: deinde ſumat de eo in potu tatundem vice altera: ⁊ abſtineatur a cibo vſq; ad noctez ⁊ ſit cibus eius pullus ipinguatus ⁊ ſi tollerat vt bibat vinuz ſubtile ſaciat. ⁊ ſi balneetur ante cenam ſuper illud cuz iam biberit cadum vini tenuis puri: deinde egrediatur ⁊ cenet erit melius. Et ſumatur cicer ⁊ infundatur in lacte vaccino die ⁊ nocte ⁊ ſi renouetur ſuper ipm lac ⁊ nutrietur in eo plus illo licet. Et ſumatur rizi abluti albi ⁊ ſe. papaueris triti ⁊ tritici ⁊ ordei tritoꝝ omniū ana pondus. ʒ. xxx. cū lacte dulci aut oleo ⁊ butyro cocto ⁊ bibat ipz et balneetur in tina poſt ipm quantitate qua reſoluat.

¶ Aut ſumatur lib. i. lactis dulcis ⁊ lib. i. aque: ferueat cum facilitate donec cōſumatur aqua ⁊ p̄ijciat ſuper ipm. ʒ. i. penidioꝝ ⁊. ʒ. i. butyri vaccini cocti ⁊ olcum ſiſaminū ⁊ ferueat bulitione vna ⁊ ſorbeat. Aut ſumant farine ciceris ⁊ fabaꝝ ⁊ ordei ⁊ rizi partes equales: lentiuz excorticataꝝ ⁊ papaueris albi ⁊ mes excorticati omniū ana pars. ʒ. tritici triti ſiſami excorticati amboꝝ ana pars. ʒ. ſiccari partes. ij. fiat ſorbitio cum lacte ouino ⁊ ſorbeat in mane. aut ſumatur hyuſquiamuz album ⁊ decoquatur i aqua decoctione bona ⁊ coletur ab eo aqua fortiter: deinde exſiccetur in vmbra ⁊ ponatur in medio maſſe ⁊ fiat panis ⁊ coquatur in furno ſuper laterem. cuncq; maſſa rubet ac ſi eſſet bona: extrahatur ⁊ teratur ⁊ p̄oijciantur. ij. aur. in lib. i. pulnis facte ex ſiſamo ⁊ papauere: ⁊ ſumantur de eo mane ⁊ veſpere tres plāte manus. ¶ Medicamen mirabile: Sumatur hyuſquiamuz album ⁊ abluatur cum aqua poſtq; infuſum eſt in ea die ⁊ nocte ⁊ exſiccetur ⁊ inuoluat butyro cocto inuolutione facili ⁊ buliat quantum meretur ⁊ p̄oijciatur ſuper ipſum quadruplum ſui de amigdalis excorticatis ⁊ quantum ipſum eſt de zuccaro: ⁊ ſumat de eo ad manſionem pondus. ʒ. v. ¶ Et iſti quidem impinguantur cum kekengi ⁊ ſolatro ⁊ lactuca ⁊ moris ⁊ carne alcubugi. ¶ Et qui ad vltimuz perueniunt in extenuatione indigent ad curationem ſui humectatis que diximus in capitulo ethice ⁊ in capi. ſiccitatis ſtomachi: quare redi ad ea. ⁊ iſti iteruz oportet ut liniātur cū pice omnibus quattuor diebꝰ aut tribus ſm modum notū. Et de illo regie eſt ad infrigidatos: ℞. helleboꝝ albi: ſe. papaueris al. oiz añ pō dus. ʒ. ij. baurach ⁊ gnoꝝ pini oim añ. ʒ. iij. gnoꝝ impugnādi pōdus. ʒ. iij. hermodactiloꝝ ſemis hyuſquami piretri galange been albi oiuz añ. pōdus. ʒ. i. keſile pondus. ʒ. v. tritici albi mutuc. i. infundat triti cū in lacte donec nigreſcat: deinde exſiccet in vmbra ⁊ torreſiat ⁊ ſumat de eo in puluē oi mane ⁊ ſero pōdus. ʒ. x. ⁊ ſuper ipm bibat lac. Aliud notū: hellebori al. farine ciceris ⁊ amcos oiuz añ. pare. i. keſile partes. ij. cymini karmeni ⁊ piperis amboū ana pars ʒ. teranı ⁊ ꝓficiant ⁊ coquantur in furno ut panis: ⁊ exſiccēt ⁊ cōmiſceātur cū tanto pane de ſimula exſiccato quātū ipm eſt ⁊ fiat de eo oi die ſorbitio cuz lac

te ꝛ sumak aut ponak in ure pulli pinguis ꝛ forbeak ante cibū. Eiusdē ad eos: ℞. kesile pondus. ʒ. v. ꝛ dimittak sup. ij. lb. vini boni cui nō sit acetositas oīno ꝛ bibat de eo tres cados mane ꝛ vespere ꝛ ad mansionē. s. in omni dispositiōe cadū. i. ꝛ pfert vt psequēter adhibeak sanich. Et napi barbarici in sanich sūt vehemētis unamēti ad eos calefaciēdo ꝛ humectādo eos: verū ipsi sunt vehemētis caliditatis. Et de illo est ad hītes siccitatē q̄ curent curatōib⁹ eoꝝ cum humectātib⁹ notis ꝛ regimie ethicoꝝ: deinde regak ille hūs siccitatē cui⁹ attrahit caliditas regimie calefactoꝝ: ꝛ illi siccitati cui⁹ associak frigus cū regimine habentiū ethicam senecte. Clisteria vero sunt omne clistere impinguans renes sicut lac ouinū: ꝛ ꝑpe q̄n soluit in eo de albeǫrd aliqd. Et de eis sunt cōpositā q̄ iā dicta sunt in capitulō desiderij cocundi ꝛ dicā de eis vnū: Sumak caput otuis pinguis ꝛ mūdificet deiū terak valde ꝛ aggregēt illi: ʒ. lb. illiati ꝛ. ij. lb. laccis ꝛ sumak tritici ꝛ risi ꝛ ciceris tritoꝝ omnū anaq̄rta lb. i. postq̄ fuerit iam aggregatū totuꝝ illud ꝛ dissolutū in aqua ꝛ colatū. ꝛ fundatur ipm ꝛ aq̄ ei⁹ iterū sup comestionem aliam ꝛ reducatur totuꝝ ad decoquendum in furno donec discocū sit caput iterum: ꝛ coletur totum ꝛ sumantur de iure. ʒ. iij. ꝛ de pingui. ʒ. ij. ꝛ de farina amigdalarum ꝛ nucum ambarum aā. ʒ. i. fiat clistere cum eo ꝛ dormiat ꝑ ipsum.

¶ De impinguādo aliquod membrum sicut manum aut pedem ꝛ labium ꝛ nasum aut ꝓputiū aut virgam. Ca. iiij.

Possibile in hoc est illud qō apropriak illi membro ꝛ nō est illud ex pte ei⁹ qō comedit ꝛ bibit: q̄n illud cōe ē coꝝporis: imo ex pte attractōis cibi ad ipm ꝛ retentōis ei⁹ sup ipm ꝛ cōuersionis ei⁹ ad naturā ipsi⁹. Et illud quēadmodū sciuisti fit ꝑ frictionē rubificantē cū asperitate ꝛ cā medicinis rubificātib⁹: deinde cū fricatōe que ē fortio: ꝛ cū effusione aq̄ calide: deinde limak picc. ꝛ quidam ponunt ſaguisugas campestres ꝛ sunt vermes rubei in virtute picis. Et tu qdē tam sciuisti in ꝓmis capitulō q̄lit admistrēt pix ꝛ admistrak ſm modū quē necessarū facit mā veniēs ad ipm stringēdo vā ab eo ad aliud ꝛ appropatur ei aliq̄ ex opatōib⁹ ferri sicut labio ꝛ naso ꝛ auri. Et dictū est in ca. alio ab isto Direrunt: cum labiū ꝛ nasus sunt diminuta: oportet tunc vt aperiatur membrum ꝛ discooperiatur cutis ab vtroq; latere ꝛ incidatur caro que est in medio que indurata est ex ea: quare, plógabik ꝛ auferet ab eo callositas.

¶ De masculi supflue pinguedinis. Ca. v.

